

tutum & doctrinæ studia. Historiam ne negligas. Fac ut Domino Parenti tuo præcipue voluptati sis & usui. : leniasque omnes illius dolores, quos Reip. & valetudinis suæ cauſa perfert. Fratribus fac hortator sis ad omnem pietatem & diligentiam. Semper eo enitere ut te ipso melior doctiorque evadas. Noli te συγχρατίζειν iis qui dum mundo ſe totos dedunt, nec Deo, nec Reipub. nec ſuis parentibus & cognatis, nec denique ſibi vivunt. Exerce ſtylum dicendi Magistrum. Proverbiorum Erasmi Indicem ſæpe relege. Mitto literas Monavii (d) quæ meis fuerunt inclufæ. Trib. verbis D. Baltafſari Brunero, (e) ſcribito, me illi mittere 40. Exemplaria mei scripti. Deus te & totam

A 4 fami-

(d) Petri 1578. Baſilea M. D. renuntiati, obiit A. 1588. relieto fratre Jacobo JČto Vratislatensi, ad quem Grynæus propter obitum Petri consolatoriam mittit, quæ inter alias a Sculteto l. c. edita p. 168. & de officio atque fine Petri Monavii pluribus agit. Conf. Petri Lindenbergii commentarius rerum memorab. in Europa Gestarum p. 84. & 171.

(e) fuit Archiater diverorum principum, & tanto amore Chymicis operationibus incubuit, ut teste Freherio, 20. annorum decursu amplius 16000. florinorum cum animi delectatione consumpsit. Oblatum Heidelberga & Baſilea Professoris munus, ex amore patriæ modeſte abnuit, & tandem 1597. Ha-
la. Saxonum Apoplexia correptus obiit.